In obitum eximii Mathematici
WILLEBRORDI SNELLI, collegae
coniunctissimi.

Mens SNELLI cognata astris, contermina mundo,
Dimensa est terras, aethereasque plagas.
Omnia lustrârat, nisi quae mortalibus aegris
Scire nefas. needum sed satiata fuit.
Cui vilisse leve est hominis, miscetur Olympo,
Ut superis sese gaudeat esse parem.
Et nunc, quas oculis terras Natura negârat,
Diffusas latè spectat ab arce poli:
Et quae nec serâ numeremus sidera nocte
Sub pedibus clarâ conspicit illa die.

GERHARDUS JOAN. VOSSIUS f.